

Panor. super Prima Parte Primi Decre.

ligitur contrarium in prin. c. Vbi dñ. q. electores diuiferunt
vota sua in duos. Ex quo habes, q. potestas maioris partis
adueniens minori parti in ipso limine, & origine electio-
nis, conualidat ipsam electionem, vt videatur facta ab ha-
bentibus totam potestatem; nam si potestas maioris par-
tis non censeretur ilico rásfusa in minorem partem, nō
posset confirmari electio facta a minori parte, quia nō est
facta a maiori parte Capituli, scilicet ab habente potesta-
tem Capituli, seu capitularem. Ex quo inferitur, q. si electio
minoris partis precessisset, non deberet cōfirmari ex eo, q.
pars maior elegeret postea indignum, quia tempore ele-
ctionis nō concurreret tota potestas in minori parte, nec
poterat conualidari ex potestate postea deuoluta, arg. in
c. auditis. infra eo. Debet ergo necessario iste tex. intelligi,
q. aut electio maioris partis de indigno præcesserit. Aut
q. vtraque electio fuerit facta eo. eōtextu, ad quod vide, qd'
leg. & no. in c. congregato. inf. eo. † Et ex his, & ex tex. not.
diligenter, q. electores eligendo indignum, sunt priuati ip-
so facto potestate eligendi, & potestas deuoluitur ad alios
non delinquentes, non solum quando electio fit ad epātū, &
maiores dignitates, sed etiam ad inferiores. Et optime iu-
dicio meo facit tex. pro opi. quā tenui in ca. cū in cunctis,
sup. eo. q. conferens beneficium scienter indigno, ipso fa-
cto pro prima vice priuatur potestate conferendi, nec tenet
colla. illa, & potestas deuoluitur ad alium: nam si hoc
est in ele. vt hic vides, fortius in colla. cū magis delinquat
collator, q. elector, quia collatio, hēt vim electionis, & cō-
firmationis, vt no. in ca. cum olim. de causa pos. & propri.
nec expectat aliam examinationem post se. Gl. in ver. Ele-
ctionis tempore. ibi. [sol. verum est.] No. istam gl. propter
a multa iura in ea alle. quorū quedam poterant iniriū, que
dam vero finem. vide aliam gl. in c. scientes. inf. de censu. q.
allegat multa iura dicentia mediū fore spectandū. Et glo.
ista inuolunt soluit, nec potuisset clare soluere, cū sit via bro-
cardica. Sensus tamen gl. videtur, q. in actib. spectantib. iu-
ris effectum, ex quib. producit actio, dēt cōsiderari iniriū,
quādoque mediū, quādoq. finis. Sed in actib. cōsistentib.
in facto, spectat finis. Host. in d. c. scientes, dicit, q. in hac
materia non pōt dari certa regula, cū discurrat p. varios
casus. sed fm diuersitate casuū, quādoq. spectat principiu,
quādoq. mediū, quādoq. finis. dixit tamen Cal. hic, q. li-
cet sufficienter non possit dari regula, pōt tamen generali-
ter sic tradi, q. vbiunque actus recipit essentiam, vel vali-
ditatem in initio, debet spectari principiu. si in medio,
spectat mediū, & ita finis, si assumit substantiā in fi. & quasi
in effectu idem voluit d. Ant. sed nō est curandū de his ver-
bis, sed casus decidendus est fm materiam subiectā. Extra
gl. op. contra tex. in eo, q. prepositus S. Georgii noluit sta-
re diffinitioni iudicum, & ob hoc causa fuit ad Papam re-
missa. Nam iudicium redditur in inuitū, vt in c. 1. & c. intel-
leximus. de iud. ergo non potuit declinare iudicium istorū.
Sol. contrarium procedit regulariter, sed hic potuit
declinare iudicium ex forma cōmissionis. Nam vt patuit
in antiqua, Papa commisit istis iudicibus causam audien-
dam, & decidendam, si partibus placeret. si vero displiceret
12 alteri partium, tunc eam remitterent instructā. † Secundo
op. in eo, q. opponebatur defectus ordinis contra ppositū
S. Georgii. Nam cū fuisset electus ad dignitatē inferiorē,
non erat necesse, q. esset in sacris, sed satis est, q. postea
ad ordinē requisitū promoueat, vt vñ probari in c. cum in cū-
ctis, in §. inferiora. sup. eo. Itē idē iudiciū est habendum in
dignitatib. inferiorib. & ecclesiis parochialib. vt in §. infe-
riora, præal. & in c. de multa, de præb. Sed ad ecclesiam pa-
rochiam potest promoueri ille, qui nō est in sacris, vt in
c. 2. de insti. in 6. & in c. si pro clericis, de præb. eo. lib. ergo
& ad istas dignitates inferiores. Præterea spāle vñ in pma-
uendo ad epātum, vt saltem debeat esse subdiaconus tem-
pore electionis, vt in c. a multis, de eta. & qua. ergo in di-
gnitatib. inferiorib. debent sufficere minores ordines, cū
maior idoneitas requiratur in promouēdo ad epātum, q.
quo ad alias inferiores dignitates. Sol. propter hoc, & simi-
lia, quæ allegari possent, sunt opinioniones in materia. Qui-
dam, vt Vin. & Io. dixerunt, q. hodie non est opus, vt pmo-
uendus ad istas dignitates inferiores sit in sacris, sed satis
est, vt postquā promotus fuerit, ordinetur ad istū ordinē,
quem dignitas illa requirit, vt in §. inferiora, præalle. & in
c. præterea. inf. de eta. & qua. Et dicit, q. iura, quæ habent
60. dis. q. vident inuere cōtrariū, sunt hodie correctā. Tan-

& Gos. tenuerūt cōtrariā opi. dicētes, q. hodie ēt promo-
uēdus ad istas dignitates inferiores, & ecclesias parochia-
les, dēt esse in sacris, p istū tex. & p c. præterea, pal. Na ibi
permittit dispensatiue, vt existēs in minorib. ordinib. pos-
sit adipisci ecclesiam parochialem, secus ergo mero iure
inspecto. Tertiam opi. posuerunt Innoc. & Compo. distin-
guentes inter dignitatem curatam, & non curatam, vt pri-
mo casu debeat esse in sacris, & secundo non. & videtur
Ioan. And. magis adhærere huic opi. nam impugnat res-
ponsum Ioan. & Vicen. in eo, q. ad istū tex. responde-
bant, q. iste patebatur defectum in ordinibus, quia iste p-
positus erat laicus. Nam hoc non est verisimile secundum
Ioan. And. cum esset iste Præpositus S. Georgii: nam di-
cit patere in antiqua, q. hic opponebatur, q. iste p-
positus erat in minoribus, remittit tamen ad no. in cap. vñ,
de eta. & qual. lib. 6. & ad dictum c. præterea. Domi. Anto.
concludendo, vt asseruit ibi, & in ca. ex ore. de his, quæ sit
a maio. par. cap. distinguit, q. aut dignitas est curata, & eli-
gendus debet esse in sacris, vt hic. Idem si non est curata,
sed habet sacrum ordinē annexum ex institutione digni-
tatis. Si vero neutrum istorum concurrat, tunc procedit
aliā opinio, vt sufficiat, q. sit in minorib. sed de ecclesiis pa-
rochialibus nihil dicit, neque alia iura adducit. Sed ideo
adverte latius: Nam ista quæstio potest discurrere, vt sup.
dixi, non solum in dignitatibus inferioribus, sed etiam in
iuratis beneficiis. Nam quo ad idoneitatem promouēdo-
rum, ista æquiparatur, vt in d. §. inferiora. Vnde videas de
hoc primo, glo. no. 60. disti. cap. 1. quæ tandem concludit,
q. in istis ecclesiis parochialibus, & in istis dignitatibus ha-
bentibus a iure sacrum ordinem annexum, sufficit, q. tem-
pore electionis, quis sit in minoribus, & etate habili ad re-
cipiendum postea ordinem requisitum. Sed in istis digni-
c tatibus, & personatibus, quæ non reperiuntur in iure cer-
tum habere ordinem annexum, nec sunt curatæ, vt est pri-
miceriatus, sacristia, & similes, dicendum consuetudini
loei, ad quem ordinem debeat esse promoueri, & no. sing.
in hoc ultimo istam glo. quia nescio alibi. Ioan. Cald. satis
plene hunc articulum examinavit, & Ioan. And. posuit gl.
in c. si pro clericis, de præb. lib. 6. & in cap. licet canō, de
ele. eo. lib. Et ibi loquens de promouendis ad ecclesias pa-
rochiales, dixit q. in casibus in iure non expressis, promo-
uendus debet esse in sacris per c. præterea, præal. Quod di-
cit se non audere corrigere, nisi in casibus expressis, quo-
rum vnus est in c. 2. de insti. lib. 6. quando proceditur per
viam p̄sentationis, & institutionis. Alius est in d. ca. si pro
clericis, quando proceditur per viam impetrationis in cu-
ria, sed Ioan. Cald. indistincte hic tenet, q. in quolibet mo-
do promouendi, satis est, quod promouendus sit in mino-
ribus ordinibus tam respectu dignitatum inferiorum, q.
ecclesiarum curatarum. Et hæc opi. mihi placet primo, ar-
guendo per locum a speciali de episcopis, secundo per il-
lū §. inferiora. vbi tex. in promouendis solum requirit
etate, mores, & sciētiam. In ordinib. vero solum disponit,
vt recipiant post promotionem. Tercio moueor, quia ille
§. æquiparat dignitates inferiores, & ecclesias parochia-
les, quo ad idoneitatem promouēdū ad illas: sed habemus
hodie clarum, q. existens in minorib. potest consequi ec-
clesiam

ADDITIONES.

- a S E B. § AP. ¶ Initium. Ex hoc, q. initium sit spectandum, dixit singu. Card.
in consi. 132. septimo archiepiscopus byter, quod si statum priuati ipso iure ab-
sentem se sine licentia ultra 15. dies, si aliquis se absentauerit cum licen-
tia pro certo tempore, & post illud tempus iterit absens per quindecim
dies, non cadit in p̄nam statuti, quia statutum punit initium temerariæ ab-
sentie, & hoc dicit singularissimum Fel. in cap. quoniam. §. porro, colum.
pen. in si. infra ut lic. non contestat. Et de hac reg. q. initium spectandum sit,
vide glo. & Barto. in l. 3. §. si quis. ff. de mino. Alex. in l. si filius, in prin. ff. de
verbo. obli. ubi dicit initium spectandum, nisi contractus requirat imple-
mentum ex parte creditoris, tunc enim inspicitur tempus implementi, vi-
de etiam Bald. in l. si seruus Mguii §. fin. ubi etiā Io. de i. mo. ff. de stipu. seruo.
- b ZACHAR. ¶ Subdiaconus tempore electionis. Adde Card. Mandag. in
trac. de elect. part. 2. c. 59. in glo. in ver. canonicum in sacris ordinib. deci-
fio. 26. part. 1. Quid autem sit tempore electionis non erat in sacris, sed ante
postulationem confirmationis erat dic. q. non valet electio, ut not. Dyn. in
l. 2. §. 1. in prin. & quod ibi ponitur in addit. ad ipsum, ff. de excu. tut. quini-
mo debebat talis postulari, ut plene no. in c. a multis. infra de etat. & quali.
- c S E B. § AP. ¶ Dignitatibus. Vide Feder. de Sen. in consi. 127. casus talis est,
quidam est canonicatus, ubi tenet, q. etiam prioratus possunt conferri in-
fantibus. vide Bal. in l. administrantes. §. eorum, ff. de excu. tuto ubi dicit, q.
minores possunt habere præbendam, & multa, quæ consequi possunt mino-
res, & quæ non enumerat Firm. in trac. Epō. in prima parte secundū libri. q.
31. ubi etiam ponit quas dignitates, seculares possunt acquirere.